

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)*ALEXANDER THE GREAT*

## § 1

The characters of Philip and Alexander.

Decessit Philippus quadraginta septem annorum, cum annos viginti quinque regnasset. Huic Alexander filius successit, et virtute et vitiis patre maior. Vincendi ratio utrique diversa. Hic aperta vi, ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudere 5 hostibus, hic palam fuis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere; hic ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat. Vini nimis uterque avidus, sed ebrietatis diversa vitia. Pater de con- 10 vivio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre; Alexander non in hostem, sed in suos saevire. Amari pater malle, hic metui. Parcendi victis filio animus et promptior et honestior. Frugalitate pater, luxuriae filius magis deditus 15 erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater iecit, operis totius gloriam filius consummavit.

## § 2

Alexander suppresses opposition in Greece.

Alexander erat annos viginti natus, in qua aetate moderate de se multa pollicitus est. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum praeter militiae vacationem dedit; quo facto tantum sibi favoris apud omnes conciliavit, ut corpus hominis, non 5

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## ATHENS AND THEBES

virtutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternarum exsequiarum fuit, in quibus ante omnia caedis conscios ad tumulum patris occidi iussit. Soli Alexandro Lyncestae fratri pepercit, servans  
 10 in eo auspiciam dignitatis suae; nam regem eum primus salutaverat. Aemulum quoque imperii Caranum fratrem interfici curavit. Inter initia multas gentes rebellantes compescuit; orientes nonnullas seditiones exstinxit. Quibus rebus erectus,  
 15 citato gradu in Graeciam contendit, ubi exemplo patris Corinthum evocatis civitatibus, dux in locum eius substituitur. In cuius apparatu occupato nuntiatur Athenienses et Thebanos ab eo ad Persas defecisse, auctoremque eius defectionis, magno auri  
 20 pondere a Persis corruptum, Demosthenem exstittisse; qui Macedonum delatas omnes cum rege copias a Triballis affirmaverat, producto in conitionem auctore qui in eo proelio, in quo rex ceciderit, se quoque vulneratum diceret. Qua  
 25 opinione mutatos omnium ferme civitatum animos esse. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo paratoque exercitu Graeciam oppressit, ut, quem venire non senserant, videre se vix crederent.

30 Athenienses, sicuti primi defecerant, ita primi poenitere coeperunt; contemptum hostis in admirationem vertentes, pueritiamque Alexandri, spretam antea, supra virtutem veterum ducum extollentes. Missis itaque legatis, bellum depre-  
 35 cantur; quibus auditis et graviter increpatis, Alexander bellum remisit. Inde Thebas exercitum

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius' Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## MAKE A BID FOR FREEDOM

convertit, eadem indulgentia usurus, si parem poenitentiam invenisset. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione usi sunt. Itaque victi gravissima quaeque supplicia miserrimae captivi- 40 tatis experti sunt. Urbs diruitur; agri inter victores dividuntur; captivi sub corona venduntur; quorum pretium non ex eminentium commodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque portas refugiis profugorum contra 45 interdictum regis aperuere. Quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus, ita demum remisit, ut oratores et duces, quorum fiducia toties rebellent, sibi dedantur; paratisque Atheniensibus, ne haec cogantur, 50 subire bellum, eo res deducta est, ut retentis oratoribus duces in exilium agerentur; qui ad Darium profecti non mediocre momentum Persarum viribus accessere.

[Alexander was accepted by the Greeks as their leader against the king of Persia, and at once set out for the East.]

## § 3

Alexander carries the war into Asia.

Proficiscens ad Persicum bellum, omnes novercae suae cognatos, quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum provehens imperiis praefecerat, interfecit. Sed nec suis, qui apti regno videbantur, pepercit, ne qua materia seditionis, procul se agente, 5 in Macedonia remaneret; et reges stipendiarios ad commilitium secum trahit. Deinde exercitu naves onerat, unde conspecta Asia, incredibili ardore

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## ALEXANDER'S GREAT DESIGNS

mentis accensus, duodecim aras deorum in belli  
 10 vota statuit. Patrimonium omne suum, quod in  
 Macedonia Europaque habebat, amicis dividit, sibi  
 Asiam sufficere praefatus. Priusquam ulla navis  
 litore excederet, hostias caedit, petens victoriam  
 bello quo toties a Persis petitae Graeciae ultor  
 15 electus sit. Cum delati in continentem essent,  
 primus Alexander iaculum velut in hostilem terram  
 iecit. Inde hostem petens milites a populatione  
 Asiae prohibuit, parcendum suis rebus praefatus,  
 nec perdenda ea quae possessuri venerint. In  
 20 exercitu eius fuere peditum triginta duo millia,  
 equitum quattuor millia quingenti, naves centum  
 octoginta duae. Haec tam parva manu universum  
 terrarum orbem utrum admirabilius vicerit, an  
 aggredi ausus fuerit, incertum est. Cum ad tam  
 25 periculosum bellum exercitum legeret, non iuvenes  
 robustos, nec primum florem aetatis, sed veteranos,  
 plerosque etiam emeritae militiae, elegit. Itaque  
 nemo in proelio fugam, sed victoriam cogitavit; nec  
 in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit. Contra  
 30 rex Persarum Darius, fiducia virium, affirmavit  
 suos non hostem regni finibus arcere, sed in intimum  
 regnum accipere; gloriosius ratus repellere bellum,  
 quam non admittere.

Prima igitur congressio in campis Adrastiae fuit.  
 35 In acie Persarum sescenta millia militum fuere;  
 quae, non minus arte Alexandri quam virtute  
 Macedonum superata, terga verterunt. Magna  
 itaque caedes Persarum fuit. De exercitu Alexandri  
 novem pedites, centum viginti equites cecidere;

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## THE GORDIAN KNOT

quos rex ad ceterorum exemplum humatos status 40  
equestribus donavit, cognatisque eorum immuni-  
tates dedit. Post victoriam maior pars Asiae ad  
eum defecit. Gessit et plura bella cum praefectis  
Darii, quos iam non tam armis quam terrore  
nominis sui vicit. 45

## § 4

Alexander in Phrygia. The Cutting of the Gordian Knot.

Phrygia, per quam ducebatur exercitus, erat pluri-  
bus vicis quam urbibus frequens. Tunc habebat,  
quondam nobilem, Midae regiam. Gordium nomen  
est urbi, quam Sangarius amnis interfluit, pari  
intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. Inter 5  
haec maria angustissimum Asiae spatium esse com-  
perimus, utroque in arctas fauces compellente  
terram. Quae, quia continenti adhaeret, sed magna  
ex parte cingitur fluctibus, speciem insulae praebet;  
ac nisi tenue discrimen obiceret, maria, quae nunc 10  
dividit, committeret. Alexander, urbe in suam  
ditionem redacta, Iovis templum intrat. Vehiculum,  
quo Gordium, Midae patrem, vectum esse con-  
stabat, aspexit, cultu haud sane a vilioribus vulga-  
tisque abhorrens. Notabile erat iugum, adstrictum 15  
compluribus nodis in semetipsos implicatis, et  
celantibus nexus. Incolis deinde affirmantibus  
editam esse oraculo sortem, Asiae potiturum, qui  
inexplicabile vinculum solvisset, cupido incessit  
animo sortis eius implendae. 20

Circa regem erat et Phrygum turba et Mace-  
donum; illa exspectatione suspensa, haec sollicita


Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius' Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)



Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## THE BATTLE OF ISSUS

ex temeraria regis fiducia. Quippe, serie vincu-  
lorum ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove  
se conderet, nec ratione nec visu percipi posset, 25  
solvere aggressus, iniecerat curam ne in omen  
verteretur irritum inceptum. Ille nequaquam diu  
luctatus cum latentibus nodis, "nihil", inquit,  
"interest quomodo solvantur", gladioque ruptis  
omnibus loris, oraculi sortem vel elusit vel implevit. 30

[From Gordium Alexander marched through Cilicia to  
Tarsus, and then on eastwards to meet the Great King.]

## § 5

The Battle of Issus, 333 B.C. One of the decisive battles  
of the world.

At Darius, nuntio de adversa valetudine eius  
accepto, celeritate, quantam capere tam grave  
agmen poterat, ad Euphratem contendit, iunctoque  
eo pontibus, quinque tamen diebus traiecit exer-  
citurum, Ciliciam occupare festinans. Iamque Alex- 5  
ander viribus corporis receptis, ad urbem Solos  
pervenerat; cuius potitus, ducentis talentis nomine  
mulctae exactis, arci praesidium militum imposuit.  
Vota deinde pro salute suscepta per ludum atque  
otium reddens, ostendit quanta fiducia barbaros 10  
sperneret.

Aesculapio et Minervae ludos celebravit. Spec-  
tanti nuntius laetus affertur ex Halicarnasso, Persas  
acie a suis esse superatos; Myndios quoque et  
Caunios et pleraque tractus eius suae facta ditionis. 15  
Igitur edito spectaculo ludicro castrisque motis, et

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## STRATEGY OF THE BATTLE

Pyramo amne ponte iuncto, ad urbem Mallon  
pervenit; inde alteris castris ad oppidum Casta-  
balum. Ibi Parmenio regi occurrit, quem prae-  
20 miserat ad explorandum iter saltus, per quem ad  
urbem, Isson nomine, penetrandum erat. Atque  
ille, angustiis eius occupatis et praesidio modico  
relicto, Isson quoque desertam a barbaris ceperat.  
Inde progressus, deturbatis qui interiora montium  
25 obsidebant, praesidiis cuncta firmavit, occupatoque  
itinere, sicut paulo ante dictum est, idem et auctor  
et nuntius venit.

Isson rex copias admovit, ubi, concilio habito  
utrumne ultra progrediendum foret an ibi op-  
30 perendi essent milites novi, quos ex Macedonia  
adventare constabat, Parmenio non alium locum  
proelio aptiorem censebat, quippe illic utriusque  
regis copias numero futuras pares, cum angustiae  
multitudinem non caperent. Planitiem ipsis cam-  
35 posque esse vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti  
acie opprimi possent. Timere ne non virtute hostium  
sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes  
subinde successuros, si laxius stare potuissent.  
Facile ratio tam salubris consilii accepta est; itaque  
40 inter angustias saltus hostem opperiri statuit.  
Darius montis iugum cum parte copiarum occupare  
statuit, et a fronte et a tergo circumiturus hostem;  
a mari quoque, quo dextrum eius cornu tegebatur,  
alios obiecturus, ut undique urgeret. Praeter haec  
45 viginti millia praemissa cum sagittariorum manu,  
Pinarum amnem (qui duo agmina interfluebat)  
transire et obicere sese Macedonum copiis iusserat.



Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## TACTICS OF THE BATTLE

Ceterum alii prae metu imperium exsequi non audebant; alii frustra sequebantur.

Acies autem hoc modo stetit. Nabarzanes equi- 50  
tatu dextrum cornu tuebatur additis funditorum  
sagittariorumque viginti fere millibus. In eodem  
Thymodes erat Graecis peditibus mercede conductis  
triginta millibus praepositus. Hoc erat haud dubie  
robur exercitus, par Macedonicae phalangi acies. 55  
In laevo cornu Aristomedes Thessalus viginti millia  
barbarorum peditum habebat. In subsidiis pug-  
nacissimas locaverat gentes. Ipsum regem, in  
eodem cornu dimicaturum, tria millia delectorum  
equitum, et pedestris acies, quadraginta millia, 60  
sequebantur. Hyrcani deinde Medique equites;  
his proximi ceterarum gentium dextra laevaue  
dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est instructum,  
sex millia iaculatorum funditorumque antecede-  
bant. 65

Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor, Parmenionis filius, tuebatur; in laevo, quod ad mare pertinebat, erant Craterus et Parmenio; sed Craterus Parmenioni parere iussus. 70 Equites ab utroque cornu locati. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis admixtis.

Iam in conspectu sed extra teli iactum utraque acies erat, cum priores Persae inconditum et trucem sustulere clamorem. Redditur a Macedonibus 75 maior, exercitus impar numero sed iugis montium vastisque saltibus repercussus. Alexander ante prima signa ibat, ne suspensi capessent bellum.

Cambridge University Press

978-1-107-55979-0 - Alexander the Great: Drawn Mostly from Q. Curtius'  
Life Of Alexander

Edited by W. S. Hett

Excerpt

[More information](#)

## THE FIGHT

Iam ad teli iactum pervenerant, cum Persarum  
 80 equites ferociter in laevum cornu hostium investiti  
 sunt. Quippe Darius equestri proelio decernere  
 optabat, phalangem Macedonici exercitus robur  
 esse coniectans. Iamque etiam dextrum Alexandri  
 cornu circumibatur. Quod ubi Macedo conspexit,  
 85 duabus alis equitum ad iugum montis iussis sub-  
 sistere, ceteros in medium belli discrimen transfert.  
 Subductis deinde ex acie Thessalis equitibus prae-  
 fectum eorum occulte circumire tergum suorum  
 iubet, Parmenionique coniungi, et impigre exsequi.  
 90 Deinde comminus pugnam coacti conserere gladios  
 impigre stringunt. Tum vero multum sanguinis  
 fusum est. Duae quippe acies ita cohaerebant, ut  
 armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent.  
 Non timido, non ignavo cessare tum licuit. Tum  
 95 demum ergo promovebant gradum, cum hostem  
 prostraverant. At illos novus excipiebat adver-  
 sarius fatigatos; nec vulnerati (ut alias solent) acie  
 poterant excedere, cum hostis instaret a fronte, a  
 tergo sui urgerent.

100 Alexander non ducis magis quam militis munera  
 exsequebatur; Darius curru sublimis eminebat, et  
 suis ad se tuendum et hostibus ad incessendum,  
 ingens incitamentum. Ergo frater eius Oxathres,  
 cum Alexandrum instare ei cerneret, equites, quibus  
 105 praeerat, ante ipsum currum regis obiecit, armis et  
 robore corporis multum super ceteros eminens. At  
 Macedones, ut circa regem erant, mutua adhorta-  
 tione firmati, cum ipso in equitum agmen irrum-  
 punt. Tum vero similis ruinae strages erat. Circa